



Dari substantiam per excellentiam talem, vel sibi relicta sana ratione, ex rebus sub, supra & circa se (1) existentibus homines, si velint, percipere possunt & liquido cognoscere. Quin, si pergunt accuratius cogitando, facile non tantum se ipsis in conspectum dabit admirandus ille attributorum & perfectionum complexus, sine quibus, ne concipi quidem aut esse potest summum illud ens per se subsistens; sed insuper etiam, cultu religioso prosequendum esse (2) facili pronaque argumentatione assequentur. Seponantur reliqua, quibus tamen omnibus illud humanæ conditionis perfectionem immenso intervallo post se relinquit: modo unica immaterialitatis & independentiæ biga, (3) sub examen vocetur. Non citius hoc fa-

(1) Ex istis fontibus specialiora pro Dei existentia haurire argumenta licet. Uti ratione corporis humani ex oculo J. C. STURMIUS, ex aure J. A. SCHMIDT, ex corde G. A. HAMBARGERUS, e manu C. DONATI, e cerebro M. J. FRIED. WUCHERER, ex aliis partibus, alii hauserunt.

(2) An internus ad id cultus sufficiat, an vero externus etiam requiratur, inter eruditos disputatum. Vid. hac

de re GODOFR. POLYCARPI MULLERI Disp. Lips. de Cultu Dei externo, & Dn. D. KOPPENII Collegæ Honoratissimi Disp. Gryph. de ead. materia, qui pro externo militant.

(3) Ex hisce duobus attributis entis per se subsistentis cætera egregie eruit BUDDEUS in *Theolog. Dogmat.* L. 2. c. 1. §. XI seqq. & Dn. WALCHIUS in *der Einleitung in die Philosoph.* L. 2. c. 2. §. 25. pag. 203. seqq.

Sächs.
Landes-
Bibl.

15/1